



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Conclusio secunda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

4. A ratione probatur secundò: quia eo intentio inefficax à pura complacentia differt, quod hæc nullatenus inductiva sit ad agendum aliquid, vt id, de quo quis complacet, obtineatur: quia supponit essentia sua obiectum, de quo complacentia est, obtentum: ergo quidquid inductivum est alicuius rei seu medijs ad finem obtinendum est eius intentio, seu desiderium: ergo ad providentiam liberam obiectivè vniuersim, seu electionem mediatorum solum sufficientium ad finem liberè à nobis obtinendum causandam, seu apponendam satis est desiderium & intentio finis illius inefficax, probatur: quia omnis voluntas inductiva de se volens ad aliquid agendum, vt res volita obtineatur, est eius rei desiderium, seu intentio potens de se volentem inducere ad aliud aliquid eligendum, vt finis obtineatur intentus. Sed intentio inefficax finis liberè à nobis obtinendi est voluntas de se inductiva volentis ad agendum aliquid, vt ille finis obtineatur: quia medium sufficiens aliquid procul dubio est, vt obtineatur finis ille: ergo intentio solum inefficax finis potens de se est inducere, ac mouere volentem ad electionem medijs sufficientibus, seu, quod idem est, alicuius condecens, vt finis obtineatur, ac subinde causandi providentiam obiectivè liberam, de medijs sufficientibus, ad finem liberè à nobis obtinendum, quæ eiusmodi electione compleretur: ergo ad id efficax intentio non requiritur: quia absque aliquo requisito ex parte actus primi ad aliquid agendum, nihil potest esse absolute potens ad aliud agendum. Conclusio hæc amplius roboratur ex probatione secunda.

CERTAMEN II.

Conclusio secunda.

Incendum est secundò: Neque ad providentiam obiectivè liberam de medijs efficacibus ad finis liberi confectionem, & quibus illam Deus de facto obtinet, efficax intentio prærequiritur. Habet aduersarios: Lutherum apud Rossensem art. 6. sic fatum. Nobis ad infirma spectantibus apparent res arbitraria: sed ad superna spectantibus omnia sunt necessaria: quia non sicut nos, sed, sicut ille vult, ita videmus, facimus, patimur omnes, & omnia. Caluinus 2. de liber. arbit. quæ fortissima maxime videtur ea dicimus fieri necessario, non suapte natura: sed quoniam æternum, & stabile Dei consilium in eis gubernandis regnat. Habet tamen conclusio nostra Patinos Doctores omnes, quos citamus controu. 4. de volunt. & quæst. 2. pro sententia nostra negante, possibilitatem adhuc præfinitionum diuinarum de creatis actibus libertatis, etiam regulatam, concernentiumque scientiam mediam de eorum conditionata futuritione. Ex alijs verò, qui regulatas per eiusmodi scientiam cum nostro Soario admittunt, requirit tamen ad providentiam mediatorum efficacium, quibus actus, seu finis noster de facto, & infallibiliter obtineatur, cum eodem plerique negant; tametsi in questione de facto, atque in specie providentiæ huius de medijs efficacibus, prædestinatione scilicet, eorum nonnulli intentionem efficacem salutis prædestinationem omnium semper de facto antecedere prædestinationem putant; alij verò solum salutis æternæ non omnium, sed aliquorum eximio prædestinationem, in quibus alij plures, alij pauciores, & hos, vel illos, pro cuiusque opinantur præconcepta de eorum meritis, & sanctitatis excellentia, æstimatione, & in ipsos deuotione, & in primis Deiparam Virginem recentent: vt controu. 7. de prædestinat. videmus.

2. Huic igitur conclusioni secundæ neganti necessitatem intentionis efficacis erga finem & providentiam de medijs efficacibus finem obtinentis. Dominicani solum recentiores, qui Deum non nisi decretis de se efficacibus, & prædeterminatis de actibus liberarum causarum agere cum ipsis posse mentur aduersarij sunt. Nam Doctores etiam alij, qui ad perfectionem providentiæ omnis spectare aiunt finem intentum obtinere, cum electionem mediatorum efficacium ad finem intentum in om-

ni providentiæ obiectivè libera esse debere concedatur, tametsi ex efficaci de se intentione eiusmodi electio, ac subinde providentiæ non proveniat, sed ex inefficaci satis ad finem intentum habebunt. Probatur primo conclusio intentio efficax effectus, seu finis cuiusvis liberè à creatura habendi, & obtinendi pugnat inuincibiliter cum effectus, seu finis illius, & causæ creatæ effectura; & obtentura libertate: Ergo suo obiecto contradicit, ac proinde est impossibilis: alij nihil impossibile potest reuera ex parte causæ præcedere ad realem aliquem effectum: siquidem, vt reuera præcedat debet esse in rebus, atque esse possibile: ergo intentio efficax effectus, seu finis liberi creatura, nequit præcedere, ac requiri ex parte causæ ad electionem & providentiam obiectivè liberam de medijs efficacibus. Antecedens primum abundè monstratum à nobis est controu. 4. de volunt. d. 6. qu. 2. ex quo inoffenso consequentiæ fiunt.

3. Probatur secundò: quia, etsi præfinitio, & intentio efficax effectus creati liberi cum eius libertate, suoque proinde obiecto, ac secum non repugnaret: non repugnat tamen ex intentione inefficaci atque citra efficaciam, præsertim tota, quæ potest, serietate seria, media efficacia, & effectum intentum obtentura eligi, & de eis ad eum ita serio, etsi inefficaciter intentum finem ex ea intentione provideri: ergo intentio efficax eius effectus non requiritur ad electionem de medijs efficacibus, & providentiam obiectivè liberam de ipsis ad effectum intentum obtinendum. Consequentia est certa: quia nihil requiritur ad aliquid, quod sine illo obtineri non repugnat, seu potest absque ipso obtineri. Antecedens probatur: quia, etsi intentio efficax effectus liberi, non solum inducat, & moueat intendentem, sed determinet etiam ad media efficacia ad finem facto obrinendum eligenda, non obinde repugnat ab intentione eiusdem effectus inefficaci, seria tamen, præsertim tota serietate, quæ intendi serio effectus ab intendente, desiderarique potest, moueri intendentem ad efficacis medijs electionem, vt patet: imò in eo, qui primæ nostræ conclusioni aduersabantur errabant: quod intentio finis, quæ ad media efficacia eligenda, & apponenda, vt finis de facto obrineretur, seria, & vera intentione esse non potest, sed solum finis.

4. Probatur vltimus, & vrgentius antecedens, ac simul tertio nostra hæc secunda conclusio. Quia vis motiva intentionis finis liberi seria tota serietate, quæ intendens illum desiderare potest, non solum mouet, sed (quod amplius est) determinat intendentem ad electionem medijs efficacibus, quo de facto liber ille effectus obtineatur: atqui intentio inefficax absolute effectus liberi, & citra efficaciam intrinsecam respectu eius effectus, potest esse intentio seria tota serietate, quæ Deus intendens potest effectum illum desiderare ergo potest intentio absolute inefficax effectus liberi, nec efficaciam respectu illius pertingens non solum mouere, sed & determinare Deum intendentem, vt media efficacia, quibus de facto effectus ille obtineatur, eligat, & apponat. Maior videtur perspicua. Nam intentio seria effectus liberi tota serietate, quæ intendens potest illum desiderare, determinat intendentem Deum ad agendum ex parte sua quidquid possit vt finis obtineatur: alioqui non illum intendet tota serietate, quæ potest: cum possit illum ita intendere, vt nihil, quod possit, vt illum obtineat omittat: at Deus intendens effectum liberum potest ex parte sua eligere, & apponere media efficacia ad effectum liberum intentum: ergo intentio illa Dei effectus liberi seria tota serietate, quæ Deus illum desiderare potest, non mouet solum sed determinat Deum ad illa media eligenda, & apponenda.

5. Minor probatio videtur fors plerisque difficilior: quia nihil aliud efficacia intentionis communiter censetur, quamvis determinandi seipsa intendentem efficaciter finem ad electionem mediatorum efficacium, quibus intentus finis de facto obtineatur. Hinc præfinitores Soaristæ præfinitionem consensus liberi nostri non repugnare contendunt huic libertati: quia non repugnat determinatio antecedens voluntatis diuinæ ad electionem medijs efficacibus, non de se, sed solum extrinsecus, cuius ratione connectitur mediata solum, & extrinsecus præfinitio cum consensu præfinito. Cum autem medijs eius intrinsecus connectio cum consensu præfinito determinat

non sit sed distinctum cum illo, vel eius omissione, nequit præfinitio magis eius libertati officere quam medium illud efficax, quod eius libertati in ista nobis doctrina non obest, cum non sua, & per seipsa immediatè, sed medijs illius connexionem mediaturque antecederet connectatur. Hoc robustissimum præfinitum illorum fundamentum, & ab aduersariis argumentis ab eversione libertatis tutissimum præsidium ac euasio subtilior, & plausibilior quæ ægre ab aduersariis præcludatur, & expugnetur: quia cum præfinitio huius tantum in intentione finis efficaciam, nihilque amplius valeat, ac vim determinandi seipsa intendentem ad mediorum efficaciam electionem existimant.

6. Ceterum iudicium, seu apprehensio hæc, de identitate adæquata reali formali efficaciam intentionis cum vi eius determinandi seipsa intendentem ad electionem mediorum efficaciam, satis à nobis reiecta est quantumvis sit communis controu. 4. de volunt. d. 6. q. 2. ubi ostendi posse determinationem intendentis ad media efficaciam, ad finem in eius intentione diuinam, non absolute efficaciam, hæc abque intrinseca efficaciam respectu finis repetiri, & quamvis nequeat (ut verè nequit) dari intentionis efficaciam abque ea determinatione: idque præfinitio detectione æquiuocationis, quam continet præfinitum memorata doctrina, & solutio, mediationem medijs, ut agat præfinitio efficax consensum præfinitum, cum mediatione eius medijs, ut cum eo connectatur confundens; cum tamen præfinitio consensum seipsa cum illo ex prædicato intrinseca suæ efficaciam connectatur. Ex quibus ita summam recentissimis probatur apertè minor. Omnis intentio, aut desiderium efficax finis, seu effectus cuiusvis habet ex prædicato intrinseca suæ efficaciam intrinsecam, & essentialem connexionem cum finis, & effectu intento, & desiderato, (ut ibi probatur est) patet de se: quia efficaciam intentionem Dei esse, & effectu careat repugnat, aut vis determinatiua, seu antecedens determinatio intendentis ad electionem mediorum efficaciam ad finem, seu effectum, quam per se, & intrinsecè solum intentio finis habet, non continet connexionem cum effectu, seu fine intento, sed solum cum electione & appositione mediorum efficaciam: ergo citrà efficaciam, ac proinde absolute inefficax intentio finis, seu effectus liberi, potest, non solum mouere sed determinare intendentem ad mediorum efficaciam electionem; si tamen tota serietate, quæ potest citrà libertatis alienæ determinationem, effectus liberi intentio sit: tunc enim determinatur intendens Deus ad agendum, quantum ex parte sua, & penes ipsum est, ut effectus liberi obtineatur: quare, & ad eligendum, & apponendum medium efficax, quod suæ est potestatis.

7. Et quidem, cum duo à Deo, eiusque intentione determinari (admitta præfinitionis nostrorum actum liberorum possibilitate) efficaciter possint: & mediorum efficaciam electio extrinsecus & de se indifferentem, & consensum liberi creaturæ: cur nequeat determinatio voluntatis diuinæ efficaciam respectu electionis mediorum habere, ibique, quoad intrinsecam efficaciam sistere, nec ulterius ad consensum liberam creaturæ transgredi, tamen extrinsecus ratione mediorum efficaciam, ad quorum absolutam electionem, & subinde appositionem, quibus de facto necessitatem consequenti consensum absolute erit, ad ipsum consensum non progredi nequeat?

Maxime cum determinatio consensum liberi nostri in voluntate diuina sit determinatio voluntatis alias liberæ alienæ; determinatio verò ad electionem mediorum efficaciam ad finem intentum, sit determinatio voluntatis alias liberæ propriæ, nequeat autem ratio adhuc apparens assignari: cur Deus non possit intentione, & voluntate libera sua antecederet determinari ad agendum, totum, quod suæ libertatis, & potestatis solius adæquate est; quin determinet, quod est etiam alienæ potestatis & libertatis. Huc, & firmius, & aptius facit doctrina illa præfinitum de præfinitionis connexionem intrinsecam, non autem cum consensu præfinito, nisi mediata, & extrinseca solum, ratione determinationis solum ad electionem medijs efficaciam sistat: in quo cum efficaciam intrinsecam intentionis respectu consensum non con-

tineatur, nulla efficaciam intrinsecam, respectu consensum intenti, quæ ab illa intentione abest, cum cuius libertate repugnantie umbra appareret.

8. Si vero præfinitiones, actum nostrorum (admitta Soaristæ mediam scientiam concernentes, & facie saltem benignæ) non admittantur: posse Deum intentione finis seu effectus liberi tota serietate, quæ intendi ab ipso potest, intenti ad medijs efficaciam electionem antecederet determinari; quin determinet antecederet consensum liberi absolutam existentiam (cuius libertatem cuiusmodi antecederet determinatione diuina funditus euerit cum reliquis negantibus præfinitionis nostrorum actum possibilitatem merito iudicamus) aqua facilitate probatur: in ea quippe opinione intentio illa Dei determinans de se Deum ad electionem medijs efficaciam est determinatio ex parte obiecti, siue ad effectum & obiectum possibile: determinatio verò à Deo electio intentione consensum, seu actus nostri, qui liber submaneat, est determinatio effectus, seu obiecti repugnantis: quare hæc repugnantie determinatio illa penitus possibilis. Maneat ergo firma, & constans deinceps rationis illius veritas: posse nimirum intentionem Dei finis, seu effectus liberi creati seriem tota serietate, quæ ille à Deo intendi potest, quæ citrà efficaciam, ac proinde inefficax absolute sit, non solum mouere, sed determinare antecederet Deum ad medijs efficaciam electionem: quare nec ad eam electionem & prouidentiam obiectum liberam de medijs efficacibus, quæ eiusmodi electionem completur, efficaciam intentio Dei finis, seu effectus creati liberi (tamen non repugnat) prærequiritur, nec debet præcedere.

9. Egi autem paulo fusius de minoris probatur: quia eius veritas non adeo erat communiter nota, ut ex illis, quæ in nostris intentionibus ad mediorum electionem, quæ possimus, securiora, & certiora, ut de facto finem obtineamus determinatibus inuenitur, nulla profus videbatur, cum ad ea media eligenda determinari antecederet, neque eueniat, neque, nisi efficaciam finis intentione possimus. Est autem difficultas: quia intentio efficax nostra, cum suo obiecto, & effectu intento essentia sua non connectitur cum frustrabilitate sua sit, potestque sine illa ipsa efficaciam intentionis eius subsistere; quod aliter in diuinæ intentionis efficaciam eueniat, quæ essentia sua cum suo obiecto, & effectu fine, & effectu connectitur, atque infirmitas in se est, quin abque illo pro duratione, pro quæ efficaciam intentus est, persistere possit: tum etiam quia cum effectu extrinsecus ab altera causa dependens penes intendentem eiusque potestatem absolute non sit, neque minus conatus, efficaciamque intentionis creatæ finis alienæ extrinseci, & à causis aliis dependentis ad illam intentione de se afferens antecederet determinatorem intendentis ad agendum ex parte sua, quantum potest, ut finem de facto obtineat, & quam possit certissima, & securissima media ad illum obtinendum eligat, & apponat: nec ulterius creatæ intentionis efficaciam, Deo in omnibus subordinata, & à causis aliis creatis præterquamque in effectu intento extrinsecus obtinendum dependens, ad effectus extrinseci intenti determinationem, præterquamque essentialem cum ipso connexionem potest percamque, & essentialem cum ipso connexionem potest percamque, sicut perfectissima efficaciam intentionis diuinæ tingere; sicut perfectissima efficaciam intentionis diuinæ ratione essentialis suæ infirmitatis intrinsecam habere cum fine intento, & essentialem connexionem cum nequeat cum fine, & effectu solum agendi, quæ & nostra libertate habere respectu solum agendi, quantum ad seriem tota serietate, quæ potest intentionem intendit effectum liberum ex parte sua, ac proinde ad medijs efficaciam electionem, dignam voluntate diuinæ efficaciam habet, atque antecederet determinatorem intentionem.